

de quibus non agimus, quia in officinis nostris exotici sunt.

Vide Mater. Medic. Sylloge, Clas. II.

CAPUT XIII.

GELATINAE.

GELATINA CORNU CERVI.

℞. Rasurae Cornu Cervi albissimae, et lotae libram semis,

Aquae libras quatuor.

Coque in vase fictili vitreato, donec tractatus liquor digitis adhaereat. Unicuique librae liquoris colati cum expressione adde

Sacchari albi unciam unam, et semis,

Tartritis aciduli Potassae scrupulum unum.

Clarifica cum albumine Ovi.

GELATINA FRUCTUUM GROSSULARIAE.

℞. Sacchari albi libras duas,

Aquae libras decem.

Clarifica, et coque ad Trochiscorum (*Ta-
bellarum*) duritiem. Adde

Succi Baccarum Grossu- }
lariae recenter expressi, } ana libram unam.
Aquae purae. }

Rursus coque ad Gelatinae spissitudinem,
et cola.

Eodem modo fit Gelatina

*Fructuum Rubi Idaei,
Cydoniorum,
Fragariae,
et similia.*

CAPUT XIV.

EXTRACTA.

EXTRACTUM CICHOREI.

℞. Folia Cichorei. Q. V.

Coque in s. q. Aquae. Cola, leni igne
vapura, et sub finem balneo aquoso, spathu-
la continenter agitando, vaporare perge ad
soliditatem. Rotulas in vase clauso serva.

X 2